

7852 tabula aenea alta cent. 40, lata cent. 55, scripta litteris leviter incis, rep. a. 1866 m. Martio prope vicum Esterzili ad fluvium hodie dictum Flumendosa, olim Saeprum, in regione q. d. Corti di Luccetta; parochus loci Cardia dedit Spano, apud quem ego vidi destinatam museo Sassarensi, cui iam illata est.

IMP · OTHONE CAESARE AVG · COS XV K · APRILES

p. C. 69
Mart. 18

DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX CODICE · ANSATO · L HELVI AGRIPPAE · PROCONS · QVEM · PROTVLIT CN · EGNATIVS
FVSCVS · SCRIBA · QVAESTORIVS · IN QVO SCRIPTVM FVIT IT QVOD INFRA SCRIPTVM · EST TABVLA V C VIII
ET VIII ET X III IDVS MART L HELVIVS AGRIPPA PRO · COS · CAVSSA COGNITA PRONVNTIAVIT
5 CVM PRO · VUTILITATE · PVBLICA · REBVS · IVDICATIS · STARE CONVENIAT ET DE CAVSSA PATVLCENSI
VM M IVENTIVS RIXA VIR ORNATISSIMVS · PROCVRATOR · AVG SAEPIVS · PRONVNTIAVERIT · FI
NES PATVLCENSIVM ITA SERVANDOS ESSE VT IN TABVLA AHENEA A · M · METELLO ORDINATI
ESSENT VLTIMOQVE PRONVNTIAVERIT GALILLENSES FREQVENTER RETRACTANTES CONTROVER
SIAE · NEC PARENTES · DECRETO SVO · SE CASTIGARE VOLVISSE SED RESPECTV CLEMENTIAE OPTVMI
10 MAXIMIQVE PRINCIPIS CONTENTVM ESSE EDICTO ADMONERE VT QVIESCERENT ET REBVS
IVDICATIS · STARENT · ET · INTRA K · OCTOBR · PRIMAS DE PRAEDIS PATVLCENSIVM RECEDERENT VACVM
QVE POSSESSIONEM · TRADERENT QVOD SI · IN CONTVMACIA PERSEVERASSENT SE · IN · AVCTORES
SEDITIONIS SEVERE ANIMA ADVERSVRVM ET POST · EA CAECILIVS SIMPLEX · VIR · CLARISSI
MVS · EX · EADEM · CAVSSA · ADITVS · A · GALILLENBVS · DICENTIBVS · TABVLAM · SE AD EAM REM
15 PERTINENTEM EX TABVLARIO PRINCIPIS ADLATVROS PRONVNTIAVERIT · HVMANVM ESSE
DILATIONEM · PROBATIONI DARI ET · IN · K · DECEMBRES TRIVM MENSVM SPATIVM DEDERIT IN
TRA QVAM DIEM · NISI FORMA · ALLATA ESSET · SE EAM QVAE IN PROVINCIA ESSET SECVTVRVM
EGO QVOQVE ADITVS · A · GALILLENBVS EXCVSANTIBVS QVOD NONDVM FORMA ALLATA · ESSET · IN
K FEBRVARIAS QVAE P F · SPATIVM DEDERIM ET MORAS · ILLIS POSSESSORIBVS INTELLEGAM ESSE IVCVN
20 DAM GALILLENSES EX FINIBVS PATVLCENSIVM CAMPANORVM QVOS PER VIM OCCVPAVERANT INTRA · K
APRILES · PRIMAS · DECEDANT · QVOD · SI · HVIC PRONVNTIATIONI NON OPTEMPERAVERINT SCIAN
SE LONGAE CONTVMACIAE ET IAM SAEPE DENVNTIATAE · ANIM · ADVERSIONI · OBNOXIOS
FVTVROS IN CONSILO FVERVNT M · IVLIVS ROMVLVS · LEG · PRO PR · T · ATILIVS SABINVS · Q
PRO · PR · M · STERTINIVS · RVFVS · F · SEX AELIVS MODESTVS · P · LVCRETIVS · CLEMENS · M · DOMITIVS
25 VITALIS · M · LVSIVS · FIDVS · M · STERTINIVS · RVFVS SIGNATORES · CN · POMPEI · FEROCIS AVRELI
GALLI · M · BLOSSI · NEPOTIS · C · CORDI · FELICIS L · VIGELLI · CRISPINI · C · VALERI · FAVSTI · M · LVTA
TI SABINI L COCCEI GENIALIS L PLOTI VERI D VETVRI FELICIS · L VALERI PEPLI

5 PATVLCENSI- et sic deinceps aes evidenter, PALVICENSI- et sic deinceps priores. Cf. n. 7933.

8 GAILIENSES, 14 GAILIENSIBVS, 18 GAILIENSIBVS, 20 GALILENSES excepit aes data opera examinans. Littera L cum aliquoties in tabula neglegentius scripta sit, ita ut ab I littera non differat, tertiam et quintam litteram pro L habendas esse mihi constat. Sexta quamquam mihi ad I magis ducere videbatur quam ad L, nihilo minus cum prioribus hac significatione accepi, cum propter gemmam infra edendam inscriptam *Larum Galillensium* tum quod altera forma *Galilenses* ex Galillensium vocabulo facilius derivatur quam ex Galiliensium.

8 CONTROVER|SIAE aes.

1 2 Imp. Othone Caesare Aug. cos. XV k. Apriles | descriptum et recognitum ex codice ansato L. Helvi Agrippae procons(ulis), quem
3 protulit Cn. Egnatius | Fuscus scriba quaestorius, in quo scriptum fuit
4 it quod infra scriptum est tabula V c(apitibus) VIII | et VIII et X.
III idus Mart. L. Helvius Agrippa proco(n)s(ul) caussa cognita pronuntiavit:

5 |Cum pro utilitate publica rebus iudicatis stare conveniat et de
6 caussa Patulcensium M. Iuventius Rixa vir ornatissimus procurator
Aug(usti) saepius pronuntiaverit

7 |fines Patulcensium ita servandos esse, ut in tabula ahenea a M.
8 Metello ordinati | essent

ultimoque pronuntiaverit

9 Galillenses frequenter retractantes controver|sia[m] nec parentes
decreto suo se castigare voluisse, sed respectu clementiae optumi
10 |maximique principis contentum esse edicto admonere, ut quiesce-
11 rent et rebus | iudicatis starent et intra k. Octobr(es) primas de
12 praedis Patulcensium recederent vacuam|que possessionem trade-
13 rent. Quod si in contumacia perseverassent, se in auctores | sedi-
tionis severe anima adversurum

14 et post ea Caecilius Simplex vir clarissim|us, ex eadem caussa ad-
itus a Galillensibus dicentibus

15 tabulam se ad eam rem | pertinentem ex tabulario principis
adlaturos

11 RECEDERENT aes, DECEDERENT Vesmii tabula male.

16 DARI ET IN K · DECEMBRES TRIVM primum coniectura reposui, deinde meis oculis in aere deprehendi; DARENT VI (vel T) K DECEMBRES E (vel T) T (vel O) TVM Spano; DARI ET IN K · DECEMBRES DVVM Vesmii emendari iussit perperam.

19 QVAE P F, quod item ex coniectura posui, vere est in aere, non QVADIE, quod Spanus et Vesmius legerunt.

MORAS aes, MORAM Vesmius male.

20 CAMEANORVM priores.

22 ET om. priores.

24 F post RVFVS in aere evidenter legitur, non L, quod posuit Vesmius.

25 post RVFVS spatium vacat duarum litterarum, cuius loco ET dedit Spano.

pronuntiaverit

16 humanum esse | dilationem probationi dari
et in k. Decembres trium mensum spatium dederit,

17 in|tra quam diem nisi forma allata esset, se eam, quae in pro-
vincia esset, secuturum;

18 |ego quoque aditus a Galillensibus excusantibus, quod nondum forma
19 allata esset, in | k. Februarias quae p(roximae) f(uerunt) spatium
20 dederim, et mora[m] illis possessoribus intellegam esse iucun|dam:

Galilenses ex finibus Patulcensium Campanorum, quos per vim oc-
21 cupaverant, intra k. | Apriles primas decedant. Quod si huic pro-
22 nuntiationi non optemperaverint, sciant | se longae contumaciae et
23 iam saepe denuntiatae animadversioni obnoxios | futuros.

In consilio fuerunt

M. Iulius Romulus leg(atu)s pro pr(aetore); T. Atilius Sabinus
24 q(uaestor) | pro pr(aetore); M. Stertinius Rufus f(ilius); Sex.
25 Aelius Modestus; P. Lucretius Clemens; M. Domitius | Vitalis;
M. Lusius Fidus; M. Stertinius Rufus.

Signatores:

26 Cn. Pompei Ferocis; Aureli | Galli; M. Blossi Nepotis; C.
Cordi Felicis; L. Vigelli Crispini; C. Valeri Fausti; M.
27 Luta|ti Sabini; L. Coccei Genialis; L. Ploti Veri; D. Veturi
Felicis; L. Valeri Pepli.